Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

clos quinque ad denotandum quinque
libros legis. Eodem modo ex
ponende sunt oblaciones vnde
cim principum sequencium et sic
patet littera vsque versus finem capitu
li ubi dicitur In die qua consecratum
est non quod ille oblaciones facte
sunt illa die sed tunc quia incepe
runt fieri. Cumque ingrederetur
moyses tabernaculum etc. dicit
Ra. Sa. quod statim in ingressu ta
bernaculi audiebat vocem domini
egredientem de propiciatorio quod
erat inter sanctum sanctorum in poste
riori parte tabernaculi et licet
vox illa esset fortis et mag
num quod dicit ps. xxviii. Vox
domini in virtute vox domini in
magnificencia tamen non audie
batur extra tabernaculum. viii

Locutus est dominus. Hic
consequenter agitur de ponti
ficis officio, et primo
quantum ad lucernarum composicionem, secundo
quantum ad levitarum ordinacionem
ibi Locutus est dominus, 3o quo
ad pasche celebracionem cap. ix.
Circa primum dicitur Loquere aaron etc.
licet hoc solum exprimatur hic
officium expiacionis composicionis
lucernarum poterat facere non solum
per se sed eciam per filios suos qui
erant minores sacerdotes ut ha
betur exod. xxvii. In australi par
te scilicet tabernaculi ut lucerne contra
boream ex regione respiciant ad me
sam sicut ponitur luminaria cora
mensa propositionis contra eam partem
quam candelabrum respicit lucerne
debebunt quia sic erat disposita
lucerna sex lucernarum ex utraque
parte lucerne medie quod emitterent
lumen suum versus illam ut dictum
fuit exod. xxv. v. c. que hic
dicuntur de candelabro expo
sita sunt. Locutus est dominus. Hic
describitur ordinacio levitarum que
pertinebat ad pontificis officium,
et primo ponitur eorum ordinacio,
secundo officiorum execucio ibi Locutus
est dominus. Circa primum primo
ponitur preceptum domini, secundo imple
cio mandati ibi Fecerunt. Ad
huc circa primum primo precipitur le
vitarum ordinacio, secundo subditur
huius mandati racio ibi Statuesque.
Circa primum dicit Tolle levitas
de medio filiorum Israel ut sint de
putati divino cultui et purga
bis eos iuxta ritum in quo ri
tu quatuor continentur. Primum est
aspersio aque eorum lustracionis
cum dicitur aspergantur etc. In hac autem
aqua ponebatur vacce combuste
ut habetur infra xix cap. que
erat ordinata ad purgacionem pol
lutorum ex tactu mortui vel al
terius in mundicie propter quam non
poterat sic pollutus ingredi atri
um tabernaculi donec esset mun
datus. Et ideo tales immundicie
erant quasi quedam irregulari
tates prohibentes accessum ad di
vina propter quod dicebatur aqua lu
stracionis et purgacionis et
inde dicitur lustrum quod est spaci
um quinque annorum quia in quolibet
quinquennio romani faciebant
purgacionem. Hac igitur primo le
vite aspergebantur ad tollendum
irregularitates predictas. Se
cundum est quod radebantur et tan
gitur cum dicitur Et radant omnes
pilos carnis sue ut essent ni
tidiores corpore. Aliam etiam
racionem assignat Rabi Moy
ses d. Quia levite deputabantur
divino cultui pro primogenitis
aliarum tribuum ut dictum est supra
iii cap. que fuerant polluti
in ydolatria vituli et quia